



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Nucleus Coppensteinivus Conceptuum Prædicabilium In Dominicas Festaqve omnia per Annum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1624**

In Festo S. Ioseph Sponsi Mariæ. Suppleuit Enucleator. Cum esset  
desponsata Mater eius Maria cum Ioseph. Mat. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)

Ioseph & Maria fuerunt illa candida lilia, inter quæ pascatur Dilectus noster, quo sanctius honorandi. &c.

IN FESTO S. IOSEPH SPON-  
si Mariæ.

Suppleuit Eucleator.

*Cum esset desponsata Mater eius Ma-  
ria cum Ioseph. Mat. 1.*

**M**issus Abraham seruus. Genes. 24. ad  
quarendam filio Isaac sponsam, cū  
Rebecam illi Deus præparatam obtu-  
lisset; huic ingentia donabat munera; si-  
mul mater & fratres eiusdem dona am-  
pla ferebant. Ita, facta desponsatione Dei  
cum Humanitate in utero S. Mariæ, per  
Angelum paranyinphum; continuo spō-  
sa Humanitas; eiusque Mater Mariæ, ac  
frater seu cognatus sponsus Ioseph do-  
nis ingentibus sunt donati.

Super quo nos

- I. De coniugali virginitate.
- II. De Ioseph; desponsatione historica re-  
latio.
- III. Quantum id Iosepho erat; Virum Ma-  
riæ fuisse.
- IV. Quantum eiusdem honor, dici Patrem  
Christi.
- V. De eo, quod Ioseph esset vir iu-  
stus.
- VI. De profectu Iosephi ex conuictu Chri-  
sti.
- VII. De Iosephina cogitatione dimittendi  
Virginem.

P A R S I.

De coniugali virginitate.

I. **C**um esset desponsata. Fateor victus:  
Honor, amorq; Diuæ sponsæ mihi  
adeo imperat; vt ne Sponsi honorem  
præteream silentio: forte nonnullis e-  
xemplo futurus idem, ac imitationi.

Noi exempli primus autor, post Deū, <sup>Virginum</sup>  
est Sancti Ioseph: Exemplum virginis <sup>matrimo-</sup>  
Matrimonij cœpti, & obseruati. 1. August. <sup>nium.</sup>  
lib. 2. de conf. Euang. cap. 1. Exemplo vir-  
ginis & Iosephi insinuat fidelibus coniugatis,  
etiam seruata pari consensu continentia, posse  
permanere, vocariq; coniugium, non commix-  
to corporis sexu.

2. Idem lib. 1. de nupt. & concup. cap.  
12. Cur non coniuges maneant, qui ex consensu,  
concumbere desinunt; si manserunt coniuges  
Ioseph & Maria; quia concumbere nec ceperunt?

Rationem reddit S. Ambrosius lib. <sup>Defendi-</sup>  
Virgin. cap. 6. Cum enim inuitatur conti- <sup>sur rati-</sup>  
gium, tunc coniugij nomen adsciscitur. Non e- <sup>ne.</sup>  
nim defloratio Virginitatis facit coniugium;  
sed pactio coniugalis. Cum iungitur puella con-  
iugium est: non cum virili admixtione cogno-  
scitur. Idem huius in exemplum affert  
Iosephum & Mariam, Epist. 79. Testis est,  
inquit, Christus, materni pudoris assertor;  
quod desponsata fuerit tantummodo viro Ioseph;  
nulla tamen coniugalis coitus consuetu-  
dine, thori iura cognouerit.

Veritatem facti confirmat testimonio <sup>Et refimi.</sup>  
S. Augustinus lib. 1. de nupt. & concup. <sup>nis.</sup>  
cap. 11. Non, inquit, fallaciter dictum est ab  
Angelo ad Ioseph: Noli timere accipere Mariam  
coniugem tuam. Coniux vocatur ex prima fide,  
desponsationis; quam concubitu nec cognoue-  
rat; nec fuerat cogniturus. Nec perierat, nec  
mendax manserat coniugis appellatio; vbi nec  
fuerat, nec futura erat carnis commixtio. &c.

Idem ibidem. Omne nuptiarum bonum <sup>terramque</sup>  
impletum est in illis parentibus Christi: Proles, <sup>ratiom.</sup>  
Fides, Sacramentum. Prolem cognoscimus ipsū  
Dominum Iesum: Fidem; quia nullum adulte-  
rium: Sacramentum; quia nullum diuortium:  
At voce Sacramenti late accepta. Theo-  
logia id vocat matrimonium ratum; et si  
non consummatum: estque verissimum.  
Rationes liquent supra.

De quo ego sic censeo. Cum esse ca- <sup>Id excell-</sup>  
stitas sine virginitate possit; non tamen <sup>tas est car-</sup>  
hæc si- <sup>ginitas.</sup>



hæc sine illa: hanc virginitatem castitati longissimæ antecellere necesse est. Est tamen Virginitas coniugalis quæ solitaria virginitati spatiis antestat altioribus, reor, quam ipsa castitatem virginitas antecedit.

Quid? 1. In medijs flammis nihil vstulari; quin etiam irrorari; ceu in camino babilonico tres pueri; Dan. 3. hoc vero miraculum est. Qualia & ista 2. Ferrum a quis innatare. 4. Re. 6. 3. Ex aqua. 2. Mach. 1. gliscere flammam. 4. Vellus Gedeonæ u. Iud. 6. in rore medio non irrorari. 5. Vndis, Matt. 14. in ambulare; nec mergi tamen, aut humectari. 6. Aridam, Num. 17. efflorescere virgam Aaronis.

Qualia deniq; ista apud Isaiam, cap. 11. Habitabit lupus cum agno; & pardus cum hædo accubabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur; & puer paruulus minabit eos. Vitulus & visus pascentur; simul requiescent catuli eorum; & leo quasi bos comedet paleas. Et delabitur infans ab ubere super Foramine aspidis; & in Cauernæ reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Idclare exponit Isaias c. 62. Latabitur sponsus super sponsam, & habitabit iuuenis cum virgine Maria. Hæc miracula, sunt virtutes dexterae Excelli: at qui par istud coniugalis virginitatis, aut virginei coniugij.

Cuius innocentia vim & causam ibid. assignat Isaias: Non nocebunt, & non occidēt. 1. quia sunt in uniuerso Monte Ecclesiæ sancto meo. 2. Quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. Hæc virtus est in spiritu nouæ Ierusalem; & in noua castitatis gratia, prius incognita in veteri testamento.

Imitator exempli no. II. In noua lege vox Turturis audita est Mat. 19. Sūt Eunuchi nati facti; & sunt Eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum cælorum. Neq; id ex præcepto; sed Consilio: Nam qui potest capere, capiat. Ac tamen si non oēs capiunt verbum hoc; continuo tamen

multis mens dextra fuit, q̄, Apoc. 14. cum mulierib; non sunt coinquinati, virgines enim erant. Hi sequebantur Agnum: Hi enim sunt ex hominibus primitia Deo, & Agno.

Ecce primitias sic emtorum, primum <sup>1. Apostoli.</sup> Apostoli: qui relictis vxoribus, liberis, & omnibus, secuti sunt Agnum. 1. Vnde Tert. l. de Monoga. Apostolos, ait, cum maritos non inuenio; aut spadones intelligā necesse est; aut Continentes. 2. S. Hier. Epist. 50. ad Pammach. Apostoli vel virgines, vel post nuptias Continentes fuerunt. 3. Quid; quod Theologia doceat cum D. Th. 2. 2. q. 88. a. 4. ad 3. quod Apostoli intelliguntur etiam uuisse pertinentia ad perfectionis statum. quando Christum relictis omnibus sunt secuti? Platus da bono sta. Rel. l. 2. 20. de hoc luculente. 4. Quid; quod Domino in cælos assumpto, 1. Cor. 9. Cephas, fratres Domini, & ceteri Apostoli mulierem sororem circumduxerint? At hoc in facto nouo præluxerat exemplum iis Iosephi ac Mariæ coniugum ac Virginum.

Exinde idem iuit in exemplum adeo <sup>2. Innume- rique deis alii.</sup> vulgariter, vt obtupescens dicat Tertul. lianus l. 1. ad vxorem. c. 6. Quot sunt, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt? Volunt ariis spadonibus pro cupiditate cælesti, saluo matrimonio, Abstinencia toleratur; quanto magis adempto? Hanc Abstinenciam appellat idem, l. de resurr. carnis c. 8. honestam in occulto matrimonij dissimulatione. Quodq; amplius, ait, l. de veland. Virg. c. 13. Ex consensu Contumeliam communem iam recusauerunt multi.

III. In exemplorum copia, nonnulla etia illustra extitere. 1. tradit S. Greg. Dial. li. 4. c. 11. de Ursino Nursiæ presbytero, q̄ presbyteram suam amabat, vt sororem; deuitabat vero etiam, vt hostem; vt nec vel accedere ad sese propius sineret. Iam que XL. ipsos annos cum ea sic vixerat; & febri deiectus animam pene agebat. Vxor aut propius ori applicabat iacen-



iacentis viuum inter ac mortuum, exploratura num spiritum duceret: & ecce vir sentiens, exclamat: abscede mulier: adhuc viuit igniculus; stipulam remoue. Distoque citius inter astantes Petrum & Paulum Apostolos animam Deo resignat.

2. Haud scio num admirabilius sit, quod narrat *S. Gregor. Turon. libr. de gloria Confess. ca. 67. & 77. Surius tom. 3. die 24. Iunij. de S. Simplicio Augusto dunesi Episcopo*: qui & tecto eodem communiter cum vxore utebatur; nec tamen alteruter quicquam tentabatur, quod cum populo incredibile iuxta & impossibile videretur, multumque obloqueretur; deum ipso Natali Domini palam tumultuans plebs in eum vociferabatur. Forte puella focum gerebat. Ecce vxor eius, recti conscia, foci carbones viuos finui suo infusus gerit vltra horam; nec ipsa, nec veste laesa: dein viro *S. Simplicio* ardentem in manus inque vestes infundit; qui item gerebat diu innoxius: Cūctis ab indignatione in admirationem pariter ac venerationem vtriusque coniugis versis.

3. De alio *Idem cap. 78.* refert Episcopo; qui sollicitantem sapius vxorem petulcam refutabat, sui negator constans. Id metientem ipsum pede suo vxori suspicionem mouebat: quod furtiua gauderet venere & aliena. Ergo noctu in cubile irrepit exploratrix; Episcopum dormire altum videt; sed & Agnellum ipsius incumbere pectori cernebat. Quo viso, curiositatem suam ac temeritatem ipsa vehementer arguebat, plurimum edificata. Sed coniugalis hæc castitatis, non virginitalis Coniugum exempla esse dices.

IV. Jam igitur Virginitalis inter coniuges perenniter conseruata exempla suppetunt innumera. E multis vnum dabo, & eximium. Antiochia sub annum LXXX. teste *Metaphrasle, Baron. in Marty-*

*rol. 9. Ian. & Surius to. 1. 9. Ian. S. Iulianus,* vtroque, instante parente vt *Basilissam,* patrem ipsi stemmatis illustris generositate, duceret in vxorem; dierum decem petiuit deliberationem. Quib. in orationem incumbenti, Christus apparens aiebat: Age, fidenter parentib. obsequere: est parata tibi eiusdem futura tecum propositi sancti, nam ipse virginitalitatem amabat. Quæ prima nocte, celebratis rite nuptiis, conueniebant; Iulianus prior Deum precatus, thorum vt inibat; continuo miracifica variorum flosculorum fragrantia diuinitus spirabat, idque in media bruma admiranti sponsæ sponsus ait: Non hic florum; sed virginitalis est odor; quæ si perinde chara tibi fuerit, vti mihi; mecum pariter angelico etiam consortio gaudere poteris. Nec difficile erat persuadere illi virginitalis propositum obseruanda; quæ in promissum quoq; promta ruebat. Vt ambo vouerent perpetuam virginitalitatem coniuges; ecce conclauem moueri totum, resurgere clarum, astareque Christum hinc; inde Deiparam, choris Cœlitum stipatos, diuinum concinentib. Hyminaum. Ille Iuliano, hæc Basilissæ coronam spondere; iungere ambos stabili scedere virginitalis: simul æterna omnia sperare iubebant, Par tuis inuitis vita est vtriusq; consecuta ad vsq; & miraculum sanctimonix; & salutem plurimorum. Similia, cui libuerit, reperiet apud *Surius t. 4. die 27. Aug. de S. Aurelio & Natalia: Apud Baron: to. 5. anno 415. de S. Pulcheria & Martiano. Item to. 11. de S. Henrico Imperatore, & S. Kunegunde. Apud Surius to. 1. die 5. Ian. de S. Eduardo & Editha. Apud Gregor. Turon. l. de gloria Conf. c. 32. de duob. Romanis & alibi aliorum complura talia: quæ vnum omnialosephi ac Mariæ respectabant exemplum.*



## PARS II.

De Iosephi desponsatione historica relatio.

*Desponsa-  
tar per sa-  
cerdotes.*  
I. *C*um esset desponsata: hoc ordine hi-  
storico. Greg. Nyssor. 1. de Nat. ex arca-  
na historia, ait, sacerdotes, obleruata vir-  
ginis venerabili sanctitate, cognitoq; eius  
virginitatis voto, perplexi quid agerent:  
ne quid de sacro illo corpulculo statuen-  
tes peccarent in Deum; id viri tradendo  
potestati: consilium inierunt, perspecta  
probitatis cognato Ioseph dandam de-  
sponsationi forte magis, quam nuptui:  
cum eam manere in nuptam nefas esset  
ex lege: nec in templo retinere deceret  
sacerdotes. Ita & Niceph. l. 1. c. 7.

*Sott.*  
S. Germanus Episc. & Epiphanius heresi 78. di-  
cunt sortem ita cecidisse super Mariam.  
Sortem fuisse ait Autor. libr. de Natiuit. B.  
M. V. quod vna inter omnes cognatorum  
virgulas virga Iosephi germinasset.

*1. Ad suspi-  
cionem ca-  
uendam.*  
Causæ Coniugij afferuntur à SS. PP.  
I. S. Ambros. lib. 2. in Lucam. Desponsata,  
ait, Virgo, ne temerata Virginitatis adureretur  
infamia; cum grauis alius corruptela videretur  
insigne præferre. Oportet enim sanctos & ab his  
bonum testimonium habere, qui foris sunt. Nec  
deceat sinistra virginibus opinione viuentibus  
velamen excusationis relinquere: quod infamata  
quoque mater Domini videretur.

*2. Ad cõsu-  
lendam Chri-  
sti honori.*  
II. S. Bernard. Homil. 2. super Missus.  
Tolerabilius, putari ad tempus, Christum de  
coniugio fuisse natum; quam de fornicatione.  
*3. Virginita-  
tionem ma-  
trimonio  
honoranda.*  
III. S. Basilius homil. 25. de Christi ge-  
nerac. Virgo erat, & Desponsata: vt & virgi-  
nitas in honore haberetur; & Matrimonium  
propterea non improbaretur.

*4. Vt testis  
esset purita-  
tis.*  
IV. Simul, vt & Ioseph domesticus puritatis  
Mariæ testis esset. S. Bernard. ibidem. 4. A  
sponso virginitas comprobatur; & virginis fa-  
ma prouidetur. Illa fuit ratio desponsationis  
Mariæ; quæ dubitationis Thomæ. Hic palpando,  
resurrectionis Christi; ille conuersando pudici-  
tia Mariæ factus est testis.

V. S. Hieron. in 1. Matt. Theop. Orig. s. vt esse  
vt in Aegyptum fugiens comitem habe-  
ret & solatium Virgo. *6. Diabolo  
fallendo.*

VI. S. Ignatius: Vt partus diabolo celare-  
tur.

II. Aetatis erat virgo annorum XIV.  
Nam trimula præsentatur; XI. annis per-  
stitit in templo. Sic communis. *Sponsatorum.*

De aetate Iosephi variant. 1. Damasc.  
Niceph. Epiph. octuagenarium fuisse pu-  
tant; vt aptus custodia foret, non gene-  
rationi: At si Virgo nõ exisset suspicione:

2. Gerson & Abulensis, quinquagena-  
rium. 3. Viguerius, iuuenem; aptum la-  
bori, solatioque Virgini. In xta Itai. 62.  
Ietabitur sponsus super sponsam, & habitabit  
iuuenis cum virgine.

III. Incarnationis Dominicæ velamen  
fuit hoc coniugium. Et hoc mirandum.  
At habuit typum: Exod. 20. velum ante  
sanctorum oppandi iussum ex hyacin-  
tho, purpura, cocco, byssoque. &c. quæ  
symbola virtutum erant variarum huius  
coniugij. *Prætextus.*

Fuit magnum: 1. Quia. Inter magnos. *Matrimo-  
nium ma-  
gnum fuit.*  
Nec enim S. Virgine maius quid inter Di-  
uos; nec Iosepho, inter homines.

2. Quia Dos coniugij maxima: Virtus  
pretiosior auro; Deique gratia dos vtri-  
que fuit, & sanctitas. 3. Quia: Maxima ma-  
trimonij bona aderant: Proles: Fides, sa-  
cramentum: ait supra S. August.

4. Quia, Gemina floruit Virginitate.

5. Quia, Expers curæ fuit istius: 1. Cor.  
Quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo-  
modo placeat viro: & quomodo placeat vxori.

6. Quia, vtrinque sanctitas, velut duo  
Pyrobi lucebant. Typus esto Rubus: E-  
xod. 3. Quod Moyfi, idem Iosepho? Ne  
appropies huic; solus calcamentum de pedibus  
tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est. Pa-  
tatur itaque & S. Ioseph vouisse Deo vir-  
ginitatem. Et nihilum addubito.



## P A R S III.

Quantum id Iosepho erat; Virum Mariae fuisse?

*Ioseph par* 1. Ioseph filii David; noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Magnus hic titulus viri est? Tituli sunt Virtutum & dignitatis indices. At Ioseph titulatur Vir Mariae, & Pater Christi nutritius. 1. Vere Hebr. 1. Tanto melior angelis effectus; quanto differentius pra illis nomen hereditavit. 2. Nec inanes putandi sunt tituli, quos Deus indidit. Si enim Deus, 2. Cor. 3. Idoneos fecit ministros novi testamenti: certe & idoneum sibi nutricium. Nam, ut bene S. Thom. in 2. Cor. 3. Deus cuique rei dat ea, per quae possit consequi perfectionem sua naturae.

*Maior Io-* Quid vero altius isto: Vir Mariae? 1. Magnam Ioanni; commendatam sibi matrem accepisse in sua? At Ioseph etiam in suam accepit. 2. Ut torques aureus gemmatas ornaturum: ita Maria Iosephum. 3. Gerson. Serm. de Nat. Virg. O Miranda Ioseph sublimitas tua, o dignitas incomparabilis: ut Mater Dei, Regina caeli, Domina mundi appellare te Dominum non indignum putarit.

*Choris Angelorum maior.*

Id vel inde mecum aestimes velim. Inter choros Angelorum etsi alter altero superior sit: sua tamen est inuicem proportio; ut comparari queant: At B. V. M. est adeo supra omnes choros, ut nulla sit horum cum ea proportio, nec comparatio; solaque ipsa chororum totum efficiat singularem. Quantus ergo Ioseph, qui in terris ut coniugium, sic & chororum cum ea fecit unum.

*Similis sponsa.*

Crede: si cordi Deo facere adiutorium simile Adae; quanto magis, simile Mariae? Haud enim paulo minus intererat. Ergo Mariae similis factus Ioseph est. Et ea, o qualis? 2. Quomodo, ait S. Bern. tom. 3. serm. de Ioseph: cogitare potest mens discretia, quod S. spiritus instanti unione, coniugii, veniret menti tanti Virginis aliquam animam;

nisi virtutum operatione simillimam. Unde credo Ioseph fuisse mundissimum in virginitate; profundissimum in humilitate: ardentissimum in charitate; altissimum in contemplatione.

3. Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus suae Matris solatium: sua carnis nutrimentum; solum denique in terris magni Consilii coadiutorem.

4. Quare sicut S. Greg. Naz. orat. 11 de S. Gorgonia viro ait: Vultis vno verbo describam virum? Vir Gorgonia fuit. Ita in hoc omnia: Vir Mariae fuit Ioseph.

Si S. Gorgonia putarit, se tantum semibaptizatam; quod vir nondum esset tinctus: reor & B. V. Mariam ratam, sibi deesse; quod Iosepho defuisset. Quod quid deerat, suis illi precibus id impetrabat Ipsa. Nam, ait S. Bern. Cum Virgo tot & tanta impetret peccatoribus; quanta putas impetrauerit charismata sponso?

II. Iam ex familiari cohabitatione qua non a Maria ad sponsum transierunt? 1. Namque vel vna liuescit ab vna. Et, ut Cicero ait, Sicut in sole ambulans, nec sentit se decolorari. Ita Ioseph mire profecit, ut nec senserit. 2. Bene S. Bern. serm. 1. de Assumt. Quod se paruuli, necdum nati, anima liquefacta est, ut Maria locata est: quid putamus, quae fuerit illa caelestium exultatio, cum & vocem audire, & videre faciem, & beatam eius praesentia frui meruerunt: At meruit item S. Ioseph. Quid ergo putamus?

3. Praesertim ut ait S. Bern. Quia nouerat Virgo, quanta erat vnitas matrimonialis in amore spirituali; & sciebat Ioseph sibi a S. spiritu datum sponsum, custodemque sui, participem charitatis mutuae, & cura obsequiose: credo quod totius ex cordis affectu eum sincerissime diligebat.

4. Amplius: Cum omnia, quae sunt vxoris, sint viri, credo quod B. Virgo totum thesaurum cordis sui, quem Ioseph recipere poterat, ei liberalissime exhibebat.

Ruper.



## P A R S I V.

Quantus honor Iosepho, dici Patrem Christi?

**I.** Ecce, Pater tuus, opinione hominum, non generatione, & ego, &c. Altius hic titulus est Patre esse Altissimi. 1. Magnus ex hoc predicatur; & iure, S. Ioannes Euang. q. dictum ei: Ecce filius tuus. At de Iosepho dictum, Ecce pater tuus. Vtrum maius, Filium esse, an Coniugem Virginis? Vtrum mirabilis; dici filium Virginis, an Patrem Christi?

2. Elifabeta exclamat: Vnde hoc mihi vt veniat Mater Domini mei ad me? Quoties Ioseph visitatus interiore gratia exclamarit: Vnde hoc &c. Mater Domini, & Dominus ipse veniat ad me? Vt matris Dei sim coniunx? Vt Pater Dei appeller? Vt Deus obediat mihi? Erat enim subditus ei.

Mirum ad vocem Iosue, c. 10. stetit solem, vt si Deus obediret ei: at mirabilius solem iustitiae retrogressum caelogs delapsum parere Iosepho. Haec subiectio, ait Gerson in c. 2. Luc. vt inestimabilem notat humilitatem in Christo; ita dignitatem incomparabilem signat in Ioseph & Maria.

II. Vidit Iacob Deum in caelo, Scala gradui supremo innixum: Gen. 28. Ioseph est supremus in Genealogia gradus, ait Rupertus in c. 1. Mat. Ipsi, Dominus, vt tiori pupillus, innitebatur, & cum matre sustentabatur: ipsius in vlnis quiescebat vigilans ac dormiens.

2. Simeoni semel videre contigit, & amplecti puellum: felix? Felicior Ioseph, cui licuit id toties, cum libuit. Haud minus spiritu exultavit, in cantica prorumpens, quam Simeon.

3. Felix Ioannes q. semel ei recumbere datum super pectus Domini: Felicior Euangelista, Ioseph, in cuius sinu toties totus recubuit Dominus, & super Dominum ipse

M m m 2 Vi-

Rupertus in 1. Matt. O coniugium sancti, & caeleste? Vnus spiritus, & vna fides erat in eis: sola illi carnis corruptio defuit.

Si mulieris bona beatus vir: Prou. 26. Si Eccl. 25. Beatus vir, qui habitat cum muliere sensata: Si Eccl. 26. Mulier bona pars bona, & ea in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis: Si denique Prou. 19. A Domino vxor prudens: quis in terris vnquam beator Iosepho? Deus ipsum Psalm. 76. habitare fecit Vnius Moris in domo cum Maria; quae optimam partem elegit.

III. Fecerit Abraham rsum Sara: Gen. 21. at Iosepho Maria gaudium beatum. 1. Illius vna saluatio domum tota impleuit gratia; quid non familiaris conuersatio? 2. Certe 1. Cor. 7. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem. Imo, 1. Pet. 3. Qui non credunt Verbo per mulierum bonam conuersationem lucrifant. Lucrifactus sanctificatus est Ioseph per Mariam.

4. Adde conuictum Christi: Et si velis, adde Coelum ipsum. Coelum desideres, vbi Christus & Maria sunt praesentes?

1. Beator Ioseph Prophetis, qui videre diem Domini desiderarunt; & non viderunt. 2. Beator Simeone, qui semel duxerat vlnis amplexus est ipsum: 3. Beator Angelis, qui desiderabant videre faciem eius: Ioseph etiam conuescebatur, &c. Felix lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, imo fontem vitae ac paradisi, quod dabit fructum in tempore suo, & solum eius non defluet. Pf. 71.

Accedit, quod, Eph, 1. Caput mulieris Vir: Ideo Maria Iosepho obediebat, vt capiti: Ideo ipsi, vt capiti, reuelationes fiebant, de accipiendo eam coniugem, de fuga in Aegyptum, deque reditu. Non tamen ex hoc eum Maria anteponas: Quia is propter hanc tantus erat: sicut Illa propter Christum tanta; nec maior filio, et si Mater. Nam propter quod vnumquodque est tale, illud magis est tale.

Hoc nomen maior Ioanne est.

2. Felicior Elifabeta.

3. Potentior Iosus.

1. Christo vicinior euictis.

2. Beator Simeone.

3. Ioanne Euangelista.







tuam viro sensato: & grande opus feceris.

*Alia idem d. Du factus.*  
 Alii vero reddere idoneum pro voto suo non possunt, quem ad talia legunt: at Deus, Psalm. 113. Omnia, quaecunque voluit, fecit: & Iosepho ad omnia sufficientiam sufficit. 1. Sicut Moyse ex patre Duci facto, Exo. 7. dedit os, & sapientiam; Imo constituit eum Deum Pharaonis. 2. Sicut Dauidi, de post fatates accepto, heroica omnia dedit, 2. Reg. 7. Fecitq; illi nomen grande, iuxta nomen Magnorū, qui sunt in terra. 3. Sicut Baptistam in utero sanctificauit: ut praeursor esset. 4. Sicut 2. Cor. 3. Idoneos fecit ministros noui Testamenti Apostolos. 5. Sicut Electā in Matrem, Luc. 1. fecit Dominus magna, qui potens est, & sanctum Nomen eius. Ita Iosepho fecit.

*Cherubini fuit.*  
 II. Vnde ipse Ioseph, considerans altitudinem misericordiae Dei; non satiabatur considerare diebus ac noctibus, ait S. Augustinus. Vere Ioseph & Maria duo erant: Exo. 25. Cherubini mutuo respicientes & sese, & propitiatorium Christum. Ut dicere posset uterque: Cant. 7. Ego dilecto meo: & ad me conuersio eius. Alter in alterius amore ac desiderio absorptus haerebat: conuersi ad inuicem, ceu Heliotropium ad solem.

*Typus praesignatus.*  
 Hinc splendor Iustitiae veniebat & in Iosephum; & ex Iosepho. Par typis suis. 1. Adam Deus posuit principem paradisi: ut custodiret, & operaretur eum Genes. 2. in primis lignum vitae, Fontemque orbis irriguum vnicum Hæc cura fuit Iosephi verior: Vnde & magis gloria & honore coronasti eum Iesu.

2. Magnus Assuerus, Esth. 2. prouinciarum 127. Rex, totidemque Principum Dominus. 3. Magnus Iosue, cap. 10. qui voce solem stetit. Maior his Ioseph & Pater Domini Dominantium; & illius, Psalm. 146. qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. 4. Magnus Adam dans cuique nomen suum.

At Ioseph Vocauit nomen eius Iesus.

III. Vere Ioseph Iustus: Vnde, Psalm. 47. Secundum nomen tuum, ita & laus tua. Nomen est, Filius accrescens, ramus fructificans: Laus eius; quod creuerit de virtute in virtutem, vsque in perfectum virum: vt, qui perfectus est, persiceretur adhuc.

Acceptit namque perfectionem & antecedentium sanctorum; & presentium: Innocentiam Abelis, Fidem Abraham, obedientiam Isaac, patientiam Iacob, castitatem Ioseph, misericordiam Dauid, mansuetudinem Moysis, &c. Ideo Gen. 49. in vertice eius Nazarei inter fratres suos, id est, perfectio omnium: Et Deut. 33. Benjamin, amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo quasi in thalamo sponsa sola die vite morabitur: & inter humeros illius requiescet.

Inde inter coetaneos ipse, Rom. 8. accepit primitias spiritus, etiam ante Apostolos ex tam domestica vita cum Iesu. 1. Sicut domus Obededom, 2. Reg. 6. repleta est benedictionibus ad praesentiam arcae suscepta. 2. Sicut Paulus raptus audiuit arcana verba, quae non licet homini loqui. 3. Sicut Moyses resplenduit ex colloquio cum Deo. 4. Sicut Ioannes altitudinem Verbi hausit in accubitu super pectus Domini.

Nimirum, qui arborem inuenit in praedio suo; iure fructus eius colligit: At arbor vitae Iesus est: B. Maria praedium Iosephi est: ergo ex arbore ea sibi fructus gratiarum proprios, plurimosque collegit: pariterque ex agro seu praedio, quod gratia plenum erat: vt Ager, cui benedixit Dominus.

IV. Quis tam vel cogitatione esse aut iniquus in Alumnum Iesum, aut finister in Nutricium eius Iosephum posset; vt suspicetur Fontem gratiae Iesum quicquam negasse eorum Patri suo; quod abunde profundebat in Zachariam, E-

M m 3 lisa-

Nunquam  
 facti lauda-  
 tus.

Antecedē-  
 tium sese  
 perfectione  
 donatus  
 pandorus.

2. Sequen-  
 tium sese.

3. Praesen-  
 tium suo a-  
 qualium-



Isabellam, Baptistam; Pastores, Magos, Simeonem; publicanos porro & peccatores; infirmos, arreptuos & obsessos. 2. Cui subditus iura omnia præstabat natura; dona illi gratiæ non affatim affudisset? 3. Ab cuius fide, & cura; amore, ac reuerentia fouebatur Alumnus: non illi gratitudine Filius; non gratia certasset Dominus; non gloria nunc omni cõmunicata illi responderet: Deus? 4. Qui asylum Matri sacrum erat; & tali, ac tanta: vllum ipsi beneficium gratiæ subtraxisset Filius is, talis, ac tantus? 5. Qui hostes obruit gratijs; præuenit amicos: patri nutricio vel in tantillo defuisset? Non patitur Christiana pietas, hæc in mentem vlli venire. Itaque Pandorus fuit Iosephus, id est, Iustus.

Quem, vt S. Bern. serm. 2. Missus ait, tanquam alterum Dauid, Dominus inuenit secundum cor suum; cui tuto committeret secretissimum, & sacratissimum sui cordis arcanum: cui, tanquam alteri Dauid, incerta & occulta sapientiæ suæ manifestauit; & dedit illi non ignarum esse mysterij, quod nemo Principum huius sæculi cognouit. Et hæc est vita æterna, cognoscere & Iesum Christum.

#### PARS VI.

##### De profectu Iosephi ex comitatu Christi.

Exemplo Christi proficere Apostoli.

**I.** Exemplum dedi vobis. Ioann. 13. Addit 1. Petrus, c. 2. Vt sequamini vestigia eius: memores omnium & imitatores, quæ Act. 1. capit Iesus facere & docere, in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, ait Petrus ante electionem Matthiæ; incipiens à baptisate Ioannis, vsque in diem, qua assumtus est a nobis.

Ab ipsis alijs.

Atque ita quidem ex paucorum annorum exemplo Domini profecerunt Apostoli; vt vnus de omnibus affirmet, 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus in Deo, in his qui salui sunt; & in his, qui pereunt. Ni-

mirum ab exemplo Domini cunctis in exemplum euaserunt. Vt vnus diceret, 1. Cor. 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Imo de tota Ecclesia inquit vere S. Bern. ser. 21. in Cant. Habet sponsa imitatores sui: sicut & Ipsa est Christi.

De S. Ioseph quid sentire par est? qui vt domesticus, vt familiaris, vt interior, vt continuus speculator, ac venerator, vitæ, factorum, dictorumq; Christi extitit, tot annis, inde ab infantia eius: qui primitias spiritus hausit: qui in Sole iustitiæ dies noctesque versabatur: qui Magistro intus S. Spiritu, & Fidio Dei; foris hinc coniuge, inde Nato utebatur. Idq; annis forte plus triginta.

Nam ex S. Augustini sententia, Serm. 81. Qui vol de Tempore; Christum vidit, & planxit Crucifixum. Quippe quem in monte Garizin adorauit rediuuium: Simul impleuit Iosephi illud somnium, Genes. Typum. 37. cum cæteris; quando Sol Maria, Luna Ioseph, & stellæ vndecim Apostoli Dominum adorarunt. Et si dicant alij, diem clausisse suum Ioseph ante Iesu passionem.

Quod vt vt fuerit: tam diu minimum sui superstes egit Alūni Ioseph nutricius, reor: donec succedentium illi piarum fœminarum liberalitas de suis facultatibus sustentare Dominum cœpit.

Interim Iesus, vt fluius Dorix fœcundauit cœlestem Paradisum Iosephum; Dedit illi irriguum superius ex sese Fonte vitæ; & irriguum inferius ex S. Maria: Et Ipse pascabatur medius inter lilia Matris ac Nutricij.

Vnam audiuit vocem Domini Saulus; & factus est Paulus: vnam Petrus, cæterique vndecim; & facti sunt Apostoli segratatores Domini: vnam Zachaus; & factus est hospes Christi; vnam Magdalena; & fiebat penitentiaria, intima deum Christi: Potuit talia in peccatoribus vox vna le-



vna Iesu, qualia non valuit & voluit per omnem vitam in Nutricio Iusto? Hunc, nil dubito, factum *Vas electionis*; raptumque saepius audisse, vidisse, *que non licet homini loqui*: quaeque nemo scit, nisi qui accepit. Exempli viua vis viui quanta non est?

Exempla  
Domini  
piscuit  
hijph.

II. In sola memoria S. Augustini verfabantur exempla Sanctorum: & hi ex mortuis viui efficiebantur ipsi: erantque ei carbones vastatores, qui frigidam eius mentem accendebant: erant & sagittae acuta, quae animam amore vulnerabant, *lib. 9. Confess. c. 2.* In oculis Iusti quam vim habuit Vita ipsa Dei & hominis?

1. Saul spiritu Dei malo agitabatur, *7. Reg. 24.* Ad cytharam tamen Dauidis auditam respirabat cedente maligno. Ioseph plenus spiritu Dei optimo ad vocem Christi seipso melior indies euadebat.

2. Saul quantumuis efferatus *2. Reg. 26.* audita mitis Dauidis voce, mitescebat accusator sui furoris, & praedicator iustitiae Dauidis. Dixit cunctis Dominus, *Discite a me, quia mitis sum, humilis*: at prius id iam didicerat, & hoc amplius, ab eo suus Ioseph, mitior, humilior, patientior, maior, melior Dauid. 3. Nempe, qui sanctus, sanctificabatur adhuc: *Vt, Eccles. 4. Qui tangit picem inquinatur ab ea: sic cum sancto sanctus eris*; Quo sanctior Ioseph cum sanctissimo Iesu.

Item  
Spon/a.

1. Dotem sanctitatis magnam attulit Ioseph ad S. Mariam coniugem suam: hanc in immensum fecit auctiorem, coniunctam cum Dote sanctitatis Mariana: Ex dono autem filij, quo non perfectio nis ascendit?

Typus.

2. Vidit Ezechiel, *cap. 3.* animalium alas mutuo concutientes loqui: *Ala sua me percutit.* ait S. Greg. *24. Moral. cap. 6. quae exemplo suo me accendit.* Vidit, Ioseph, audiuntque Iesum & Mariam colloquentes, ac

conuiuientes; colloquebatur, & conuiuiebat ipse: mens eius, oculique, sensusque, & omnia interiora exterioraque eius alis amborum diuinis percutiebantur; & ad ignem Seraphicum accendebantur. Hec quis explicet fando; vel cogitando comprehendat nemo.

Non sic disertus euasit Ezechiel ex infante, carbonis viui tactu ex ara desumit: *Præsertim in charitate profecit.* Sicut vel aspectu vno puelli, de caelo viui, inq; matris sinu recubi, Ioseph inaruit amore omnis hominis; & splendore gratiae collucebat.

1. Ipse dixit: *Luc. 12. Ignem veni mittere super terram; & quid volo, nisi ut ardeat.* Nunc post Sponsam prius & proximus sensit Iosephus.

2. Qui ignis si arsit in ligno viridi peccatorum: quanto luculentius in arido, ab peccatis exsicco?

3. Suadebat Dominus, *Apo. 3.* ab se emi aurum ignitum, hoc filius patri dedit dono probatissimum.

4. *Diues in omnes Dominus*; quanto diutior in domesticum, nutricium, iamque ab initio Iustum Iosephum?

III. *Quantas*, ait S. Bern. *exhortationes, Morienti consolationes, promissiones, illuminationes, inflammations, & aeternorum bonorum reuelationes* recepit in transitu suo Ioseph a sanctis, fuerunt. *Sponsa sua, & dulcissimo Filio Dei Iesu, &c.* Nam Gerson opinatur, ante passionem Domini obiisse Iosephum. Itemque post resurrectionem Christi inter corpora Sanctorum, etiam Iosephum surrexisse, & cum Christo caelos ascendisse: *non dubium, inquit, in anima: sed in corpore, nescio, Deus scit.*

S. Bernardus tamen ait: *Pie credendum est, non tamen asserendum: quod p[ro]p[ri]us Filius Dei pari privilegio decorauit suum putatiuum patrem; sicut suam sanctissimam matrem: At sic putatur, ut illam assumpsit in caelum in corpore & anima: sic & Ioseph.* *Cum corpore in caelo assumptus putatur.*

Vt scit



Probabiliter.

Vt sicut illa sancta familia; Christus, Virgo & Ioseph, in laborio vita; & amorosa gratia simul vixerunt in terris: sic in amorose gloria nunc & corpore & anima regnet in caelis, iuxta regulam Apostoli, 2. Cor. 1. Si ut scilicet passionum estis, sic eritis & consolationis.

In gloria vicinus Christo.

Exauditur facile dum orat pro nobis.

De gloria eius celestis sic Gerson: Cum dicat: Vbi sum ego, illic & minister meus erit, ille proximior videtur collocandus in caelis: qui in ministerio fuit vicinior, & fidelior, post Mariam, inuentus in terris Iosephus, De eius patrocinio sic Gerson in Iosephina.

---Quanta, o fiducia, quanta est Vis impetrandi? Quia, dum Vir, dum pater orat Vxorem, & Natum, velut imperium reputatur.

PARS VII.

De Iosephina cogitatione dimittendi Virginem.

Ordo facti I historicus.

Ioseph accepit Coniugem suam, & non cognoscebat eam: accepit Angeli iussu. 1. Nam Iosepho desponsata est verbo de praesenti; non de futuro; ait Caiet. matrimonio rato. 2. Ipsaque Virgo tradita viro, habitans in domo Iosephi, salutatur ab Angelo solanoctui; tecto enim, non lecto communiter utebantur.

3. Ab salutatione, id est, conceptione confestim exurgens Maria iuit ad Elisabetham sola, non comitante Iosepho, ignaro conceptionis. 4. Inde post tertium fere mensem reuersa, inuenta est in utero habens de spiritu Sancto.

5. Ideo Ioseph Iustus, eam traducere per ora hominum nolens, voluit dimittere.

Cur? 1. An ex reuerentia; quod sciret eam de S. Spiritu habere? 2. An ex metu; quod crimen suspicaretur? Difficilis hic responso est, eaque duplex.

Cogitatio dimittendi Prior sententia, Origenis. Virtutem ait, mysterii, & magnificum sacramentum in ea

cognoscebat; citi approximare se indignum existimabat: ideo humilians se, quarebat se longe facere. Marian oris esse metuit. rursus.

1. Sicut & Petrus, Luc. 5. Recede a me Domine, quoniam ego peccator sum. 2. Vel, vt Centurio: Non sum dignus, Matt. 8. vt intres sub tectum meum. 3. Vel, vt Elisabeth: Vnde hoc mihi?

Consentit S. Basilius orat. de hum. generat. Domini. 1. Talis nominari Vxoribus maritus metuens: Et verens patet facere, quae circa ipsam gesta erant. 3. Non abominatus Virginem, nec quod moleste tulerit. 4. Sed quod eam metuerit, vt S. Spiritu plenam. Ita & Theophyl. & Bernardus.

Viguerius in Theol. Institutionib. c. 2. §. 9. addit 45, Virginis vultum a conceptione effuluisse sanctitate. 5. Gerson orat. de Festo S. Iosephi instituto, ait B. Virginem e. conceptionem aperuisse ante, quam abiret ad Elisabetham. Exemplum iustitiae.

Altera sententia vult Iosephum mysterii prorsus ignarum fuisse. 1. Ideoque & de suspitione sinistra innocuum: informatum vero ab Angelo posuisse & timorem, & suspitionem. 2. Deinde, sententia prior dum tribuit Iosepho humilitatem; prudentiae derogat. Nam scuisse mysterium, & dimittere velle; parum esse prudens videtur.

3. Ita S. Chrysostr. hom. 4. in Matth. Euthy. Niceph. Aug. ferm. 16. de Verb. Dom. Cum illi esset certa adulterii suspicio; mariti dolor non vindictam quaesivit: voluit prodesse peccanti, non punire: nec approbator flagitij fuit.

4. S. Hieronymus censet mitius Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat.

5. Autor Oper. imperf. ait: Quoniam auditio verborum Mariae, & consideratio vitae eius mala considerari de ea non sinebat Ioseph: Consideratio autem conceptionis non permittebat



mittibat eum ad plenum bona estimare de ea: & sic animus eius inter utrasque partes fluctuabat, & tenere, & tradere eam non audebat: ob hoc necessaria ei reuelatio fuit.

Alioquin occulte eam dimisisset, nimirum vel ea relicta clam abeundo procul aliam in regionem: Vel dando ei libellum repudii Sic Abulensis.

Non ipsa tamen aperire mysterium voluit Iosepho; quod spe certa Deo fidens omnem ipsi dispositionem relinqueret.

II. Multa hic miranda mihi veniunt: ex his mouenda aliqua. Primo: Mysterium Verbi, mundo incarnati; & tamen mundo cælati. Sicut Arca testamenti, Exod. 40. auro intus forisq; tecta, oppanso velo variegato tegebatur; ita B. Virginis Virginitas matrimonij velo cælabatur: & Conceptio, Virginis silentio. Hanc, Ioseph, si ex Ipsa sciebas; cur dimittere eam cogitabas? Si nesciebas; quid suspicabaris?

Audi Sponsam: Cant. 6. *Nigra sum*; id est, ait Rupertus, grauida inuenior: sed formosa; ab viginitate salua. *Nigra sum*, opinione male videntium: formosa, fide recte credentium. Nigram putat sponsus, & vult dimittere, velut Agar alteram cum filio eiicere: sed formosam me docebit custos Angelus. *Nolite me considerare, quod fusca sim*; coniugata quali deflorata: quod grauida sim: quia decolorauit me sol, S. S. me obumbravit.

Hoc tamen ipsum celabat omnes certe alios præter Elifabetham ac forte etiã Iosephum. Agar, Gen. 16. concepisse videns, despexit Dominam: Non sic Maria honore concepti filij intumuit; non sese ostentauit: sed cognatæ obsequium sese demisit.

Fuge pariter ostentationem monet S. Chryl. hom. 2. in Ioann. *Nam, ait, videns Moyses mater eum elegit eam*; Exo. 2. *abscondit*:

sicut tu, si quid, quod laudem mereatur: accepisti absconde: ne per inanem gloriam corrumpatur. Intolerabilis quadam ebrietas est inanis gloria. Ea Ophthalmodulia, id est, oculorum seruitus appellatur, Col. 3. Hoc fascinatus, ait Chrystostomus Homil. 17. in Roman. *quam multis est cognitus, tã multos habet dominos; omnibus seruire coactus.*

Virgo tuam gloriam occultauit: at stante deo orbi manifestauit. Idem & tibi 1. uina mani. Cor. 4. *illuminabit abscondita tenebrarum & festationi. manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo*, Col. 3. *Mortui estis, & vita uestra abscondita est cum Christo in Deo; Cum autem apparuerit Christus Vita uestra; apparebitis & vos cum ipso in gloria.*

Theophylactus in Col. 3. *Delitescit margarita tantisper, dum in conchyli fuerit: simul ac vero id constrictum fuerit, tum in gloria relucet. Sic & vos, quam diu in hoc corruptibili corpore estis, &c.*

Adhæc filebat mysterium Virgo, quod fisa Deo, honoris tui curam ipsi resignasset. Sic 1. Pet. 5. *Omnem similitudinem uestrã proicientes in eum: quoniam ipsi est cura de vobis.* Psalm. 45. *Lacta cogitatum tuum in Deum, & ipse te enutriet: & non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Quia Psalm. 124. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion erunt immoti.*

Etece Angelum misit Deus, qui causam ageret Mariæ apud Iosephum. Psalm. 30. *Saluasti me de necessitatibus meis; & stetit in loco spatioso pedes meos*, Psalm. 4. *In tribulatione dilatasti mihi.* Ita S. Virgo quidem fidebat Deo.

III. At Ioseph angebatur seu metu iustus an-reuerentiali, siue suspicioso: in isto suæ indignitati, in hoc grauida honori volens consulere, dimittere beatissimam Virginem animus ipsi erat. Sed iusto in tentatione posito prouidit Deus. Esse poterat occasio lapsus cum Virgine faciendi. In hac dicere anima potuisset:

Nun Vadam

Mysterium  
occultum  
incarnati  
tuo.

Exemplo  
fugienda  
ostentatio-  
nis.

Sed expo-

at stante di-

uina mani.

festationi.

manifestabit

consilia cordium:

& tunc laus erit

unicuique à Deo,

Col. 3. Mortui estis,

& vita uestra

abscondita est cum

Christo in Deo; Cum

autem apparuerit

Christus Vita uestra;

apparebitis & vos

cum ipso in gloria.

Theophylactus in

Col. 3. Delitescit mar-

garity tantisper, dum

in conchyli fuerit: simul

ac vero id constrictum

fuerit, tum in gloria re-

lucet. Sic & vos, quam

diu in hoc corruptibili

corpore estis, &c.

Adhæc filebat

mysterium Virgo,

quod fisa Deo, honoris

tui curam ipsi resigna-

set. Sic 1. Pet. 5. Om-

nem similitudinem ue-

strã proicientes in e-

um: quoniam ipsi est

cura de vobis. Psalm.

45. Lacta cogitatum

tuum in Deum, & ip-

se te enutriet: & non

dabit in æternum

fluctuationem iusto.

Quia Psalm. 124.

Qui confidunt in Do-

mino, sicut mons Si-

on erunt immoti.

Etece Angelum misit

Deus, qui causam

ageret Mariæ apud

Iosephum. Psalm.

30. Saluasti me de

necessitatibus meis;

& stetit in loco

spatioso pedes me-

os, Psalm. 4. In

tribulatione dilatasti

mihi. Ita S. Virgo

quidem fidebat Deo.

III. At Ioseph ange-

batur seu metu iustus

an-reuerentiali, siue

suspicioso: in isto su-

æ indignitati, in hoc

grauida honori vo-

lens consulere, dimit-

tere beatissimam

Virginem animus ipsi



Vadam post amatores meos : At respondit occurrens ei Deus. Ego sepiam viam tuam spinis: &c. Queret eos, & nō inueniet; & dicit; reuertar ad virum meum priorem: Cum prodigo, Luc. 15. cuncta, quæ ei perditionis occasio fuerant, defecissent: dixit: reuertar. Misericordia Dei est subtrahere peccatoribus occasiones peccandi.

*Sed in occasione peccati.* Itemque, iustos in periculo conseruare. Vt Iosephum, Gen. 39. Susannam, Dan. 13. cōseruans in sollicitatione vtriusq; periculosa tunc fecit ventis pondus, Iob. 28. lubricam naturæ fragilitatem sustentauit.

*Ne Iosephi iusti.* Hæc virtus heroica est, meritiq; maximi, virtutem operari, cum deest occasio, impedimenta que circumstans constantia nutaret vel cogitatu carnis vllō: ecce Deus metum ei aliunde suboriri permittit de infamia virgini extitura, vel de sua indignitate. Quas inter cogitationes foras iacebat mens iusti, Sicut Daniel, c. 14. in lacu inter leones: Sicut, Dan. 3. tres pueri inter globos igneos: Sicut Ionas, c. 1. inter fluctus.

*Vel auxilio submisso.* Viam tamen inuenit ei Deus, fecitque ex tentatione prouentum. Angelus ei adest; vt Danieli Abacuc; pueris tribus angelus; Ionæ Deus: Petro in vndis Christus: Iosepho annis tredecim in carcere ad est liberator Deus, & vinctum educit ad honores. Gen. 41. Jacob post luctam cum angelo, ab ipso demum benedicitur. Genes. 31. Ita hic Ioseph ex nutatione sua confirmatur.

*Oratio tamē necessaria tenens est.* In ea tamen nutatione mentis, dubio procul, orauit intense: Pf. 118. Amputa operobrium meum, quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.

Atque ita in spe & silentio erat fortitudo eius, nolens grauidam traducere. Sicut, Genes. 30. nec putipharæam Ioseph: nec Iudices Susanna: Dan. 13. verum vterque siluerunt.

## IN FESTO ANNUNCIATIONIS DEIPARÆ V. M.

*Missus est Angelus Gabriel à Dea in ciuitatem Galilee.*

Lucæ 1.

**A**Braham, Genes. 24. filio sponfam questurus, seruorum ad id delegit prudentissimum, & honoratissimum, quo ponderis plus foret legationi. Ita Deus Angelorum præcipuum, in proxenetam Sponsæ sponfarum delegit.

Super quo nos

- I. De causis, & effectibus Incarnationis.
- II. De Angelo Annunciante Incarnationem.
- III. De Virgine, cui Annunciatio est facta.
- IV. De Virgine conceptura.
- V. De nascitura cum vno duplici Natura.
- VI. De Responso Mariæ.

### PARS I.

*De causis, & Effectibus Incarnationis.*

- I. **P**ostquam homo lapsus; & Deus fuit <sup>Dei filium incarnari</sup> offensus grauer: nulla hic re placabilis erat, nisi Filij Incarnatione peracta, <sup>necessitas</sup> <sup>fuit.</sup>
  1. Vnde Pf. 35. *Sacrificium & oblationem noluisi: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio.* scilicet Homo factus: <sup>1. Oblationem placabilem desiderasti.</sup> In capite libri, de æterna rerum prouidentia, scriptum est de me; vt facerem voluntatem tuam; Homo factus, & Patiens. Deus meus volui: & legem tuam in medio cordis mei.
  2. Achab, 2. Reg. 22. vix decreuerat bellum aduersus Syriam, cum ecce habitum regium mutat cum plebeio. Ita ab æterno præuiso peccato, bello que contra inferos declarato, continuo necesse fuit Dei Filium incarnari, Dux hominum futurus.

3. Ita